

Dum eos: fed erat sine virtute, prae audientium agrorum maligna indispositione. In mala fovebant animum pertinacem: voxque nequebat exercere virtutem. Vox medici erat in virtute; ceterum illis & magna virtus sine voce. Sagitta potentis acuta in corda inimicorum; sed torquebantur in duritiam adamantum. Audiebatur verborum articulatione, at in corde procul echo (inter fustes resonantium iniquitatum, ac inter concava scopulorum criminum) quae necessaria in sanitatem, ut vox haberet virtutem.

Tomilius magis peccatores obdurefcunt.

Ausonius

Licet hic comertia lingua Iungere, & alterno sermonem texere pulvis.

Blanda salutaris permiscet littora voces, Et voces: & penè manus. Resonantia utrinque Verba refert, medijs concurrens vocibus Echo.

Ut canit Ausonius, Edyl. 3. aliàs 10. v. 293. Ceterum intra cor haudquaquam discutiebant mores suos, nec cogitabant dicta, an dicta propter eos: quandoquidem agros fese nefciebant, vel scire simulabant. Ergo dixerunt ei: Nunquid & nos caeci sumus? Utiq;e, non caecitate, sed obcecatione. Audiebant non habentes aures audiendi ut conferret sibi & fecum, quicquid propter illos duntaxat mirè depromptum: languentque miserimè caeci, prae cacco à nativitate; quoniam audientes medicatricem in affectiones Archiatri vocem, ut gravior inesset propriam noluerunt agnoscere caecitatem.

Ioan. 9. 40. Ad sanitate non perveni, qui se infirmum non cognoscit.

Cant. 2. 10.

Soliloquia anima sanctae.

17 Averfatur huiusmodi ignorantiam Sponsa indoles, ut aeternae sit felicitatis particeps. Sodales, ipsamque simul Sponsus allocutus est; & illicò arbitratur, quod locutus sit ad cor: *En dilectus meus loquitur mihi*: ait. Loquitur dilectus huiusmodi tranfille venenati saeculi; & gratiam eius fuisse, tranfite posse. Apparuisse in terra sua purissimos flores; quia in Sponsis debent florere virtutes: tempusque non esse nutriendi eius in servitio superflua, quia femper vana; simulque imperfectio- nis refecandas, ut emineat in virtute florum venustas: igitur illarum, si virtus floret, tempus putationis advenit. Hac vox, seu voces Sponsi: quo ergo pacto dicit illa: *Dilectus loquitur mihi*? Audiebat corde: & licet ad omnes dirigatur vox Sponsi, soli asserit loqui sibi; quia quodcumque ab illo dignata audiebat, ut medicinam celestem languenti cordi ap-

plicabat. Nanciscitur Sponsa effectum locutionis internae, ubi quod audit, servat; & audit sibi: igitur tunc culpa, vel imperfectio languor expellitur; dum quod ad omnes, sibi dictum arbitratur. Omnes animas, Sponsa Dilectus inspirationibus vocat, in felicitatem aprat, ducit, mulcet, dirigit, plectit: & in his operationibus sibi tantum asserit, Sponsum loquis quia habebat aures audiendi. Itcirco dicit: *Dilectus meus*. Omniam sanè, sed proprius, quandiu auditus fuerit corde; suumque merito dicit; quia firmius habet amorem & ab omnibus Dilectum, dum quod cunctis commune, sibi vindicat ut proprium. Audivit vocem, & inclinavit aurem. Haud languet inter tot incurfus anima, Sponsi voce tinniente crebro in memoria. Non enim (ait Seneca *Epist. 94.*) *reposita illa esse oportet, sed in promptu. Quaecumque salutaria sunt, saepe agitari debent, saepe versari; ut non tantum nota sint nobis, sed etiam parata*: equidem quae rationi clarent aperta, inclinatione auris sunt aptiora; ut audiat anima quid loquatur in illam Dominus Deus, etiam dum alijs loquitur, & perfectiora operetur; Fulgurat iam Dei vox, atque virtus vocis Dei. Vox in bona, virtus vocis in perfecta; Ergo quandiu viverimus (ut ait Virgilius, lib. 3. *Aeneid. v. 188.*)

Audit, si audit ut proprium commane verbum.

Seneca

Virgilius

DIDASCALIA II.

Lingua maledica, venenata lingua.

18 Depingit graphicè Tertullianus, *advers. Gnostice*. cap. 14 igitur perinde est, scorpionem, ac describere mordacem. *Magnum* (inquit) *de modico malum scorpionum terra supparat*: tot venena, quot ingenia: tot pernicies, quot & species: tot dolores, quod & colores: & tamen unus omnium violentia gestus de cauda nocere; quae cauda erit, quodcumque de postumo corporis propagatur & verberat. Proinde scorpionis series illa nodorum venenata intrinsecus venula subtilis, arcuato impetu insurgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione restringens. Id spiculum & fistula est patula tenuitate, in vulnus & virus, quae figit, effundit. Sumpfit Tertullianus ex Plinio (uti loc. cit. notat Lamelius) qui lib. 11. cap. 4

Tertullianus

Descriptio scorpionis.

Plinius

cap. 25. in se: *Semper cauda in ictu est, nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasio; ferit & obliquo ictu & inflexo. Venenum ab his candidam fundi per colores maxime superoacuos. Colores & virus signat Nicander in *Tiberiac*. succinens:*

Rutilis quem forte genis splendere videbis, Hic calidas flammis, flagrantemque incatit astum.

Nicander

Tam gravis & tanta est facta hoc afflictio noxae, Cuius nexa novem iuncturis horrida spina Extremum nocuum iaculatur acumine virus: Nam roset vesceus manet insaturabilis herba.

Symbolum detraheri.

Haecine descriptio est detrahentis ac delatoris imago; quia pro moribus impiorum, nomina in factis imponuntur ferarum, aut serpentium. Unde Hieronym. in 2. *Ezech. 6.* subdit: *Unusquisque pro moribus suis sortitur vocabulum. Viperae, vulpes, scorpiones: qui possint ferire, qui arcuato percutere vulnere, & aculeo fistulato: ut eadem plagam & cutem aperiat, & venena diffundat*: igitur pro conceptu mentis, dam verba uti hominis operitur audiens auris; haud experitur in detrahente secreto proximo suo, rationalis loquelam, sed scorpionis amarissimam linguam. Modò intelligitur auctoritas Tautologiae. *Loquens locutus sum*. Quis non loquitur, dum loquitur? Scorpium, maledicus obrektor; equidem dam verba murmure dicitur, non loquitur, sed venenat. Acuit linguam sicut serpentis, habens venenum in labijs, oculum in vulnus, & exitiale virus, infelicitate conditionis humane: etenim nihil miserius; quam arbitrari inter homines homines vivere, & inter scorpiones infelicitè degere.

Hieronymus

1. Reg. 2. 30

2 Ne Ezechiel cadat animo, ubi Israelitatum etiam captivorum vigeat iniquitas; dicit illi Dominus: *Cum scorpionibus habitas*. Cum scorpionibus, conversante Propheta cum hominibus? Sane, estò misere, expositus cum esset contagioni, incuriosè bibendo venena, ex rabida infecta lingua; etiamque suspitione gravante peccus, ne ingrederetur simulate virus: etenim grave, querere in conversatione rationales, & invenire virulentos scorpiones. *Cum scorpionibus*. Aurem Propheta Dominus vellicat, ut sibi vigilanter à socijs cum quibus habitat, caveat; igitur quos sine reflexione iudicaverit so-

Quare?

Tom. V.

cios, offendet decursu temporis scorpionum venenatos. *Tot sunt venena, quot ingenia: tot pernicies, quot species, tot dolores, quot colores*: apte huius furoris homines conferuntur noxijs nepis: quoniam cum omnis gestus sit illorum malicia, de cauda infidiosè nocere; non hominum patet intentio, sed scorpionum contagio; siquidem in sociorum dolorem, perniciem, pestem (ne desit occasio, quippe saepe cauda in ictu) agunt ingenia praemalignitate cordis, quin ommittant colores, nec species. Domus Martis est Scorpium. Pessimissima hominibus constellation: equidem si bellator, in Scorpione peior. Canit Lucanus, lib. 1. *Pharsal. v. 658.*

Tu qui flagrantem minacem Scorpion incendis cauda, obelisque perurris Lucan. Quid tantum Gravide paras? Id est, *Quae bella paras?* subdit Cornelius Serevelius, hic: ambitus Scorpionis si domus Martis, canitur classicum; quippe in hac domo nihil sonat nisi bellum. Terminus terra sancta signatur *Ascensus scorpionis*, Numer. 34. 4. & Iosue, 1. 5. 3. Locus sic dictus, ut observat Adrichom, in *India*, num. 34. quia ibi abundat terra nepis, locustaeque transeuntibus difficilis: quippe si malum, occurfus scorpionum; proferè in terra sancta malorum extremum, quòd ubi nullus illis debet concedi locus, sit scorpionum ascensus: etenim si nocent lethaliter, uti par est, proculcati; vehementius ac violentius in dignitatis cacumine. Si ad malam naturam & consuetudinem accedat potentia & regnandi fastidium; inter praecipitia & summa nihil est medium. Seneca in *Hippolyt. v. 134.*

Pessimus improbus in dignitate.

Nec me fugit, quam durus & veri insoleni, Ad recta flecti regias nolit animas.

Patet ex textu. Filij Israel scorpiones degunt, vel dum sub iugo Babylonicò degunt. Illis à Domino ascensus inhibitus, atque decreta pro peccatis servitus; equidem cogitatione & opere maxime pessimi, qui virulenti scorpiones etiam in captivitate. Quid si florent? Vide dicta, *Tom. 1. T. 2. D. 12.* Reptilibus providè negavit natura non tantum alas, sed & pedes, ne pluribus nocerent locis: igitur si inficerent currendo; quid non volando? Non ita praevaleret iniquitas, ni haberet alas; nec volaret pennis detractionis in honorem vagum toxicum, ni praesumeret ab audientibus ascensum.

3 Ergo in scorpionum ambulantium, currentium, volantium signa. Tot sunt

Vv

Cur delatio dicatur infelix iniquitas?

Tacit.

Quanta frugis?

Ingenia frugis.

Senec.

Per detractores neutrum licet, nec factum nec infectum.

venena, quot ingenia: id est, quod capita, si cerebellum, aut cranium habet, qui ambulat in circuitu, ut aliquid exploretur, & nunciet. Innuit Tacitus de Nerone, lib. 4. Histor. cap. 42. Cum per singulas domos seque & delatores fatigaret. Invenit etiam amulos infelix nequitia. Quid si floreat, vigeatque? Ubi quæstus in detractioe, nullius vel eminentis parciatur famæ: etenim cum ascensus expectetur, ex quo fingitur; ut felix floreat nequitia, acunt venenati ingenia: iureque scorpionibus pestiferis contra honorem conferantur; quia virus expuent, est nimis fatigetur. Quorsum ingenij acies, si exacuatur in splendorem honoris? Dicunt mira de lente, gigantem aspicere, montem obviare, vera de somno, divinantis cribro: igitur ut scorpium ingens malum de modico, quod crescit eundo; ita quod inveniunt pilli nullius momenti, in maculam famæ extollunt; ita factore pestilenti corrumpunt, ut quod reputatur nihili, appareat moles Adriani. Imponit dum serpit virus, molemque & montes insuper altos: etenim iam habet grande corpus, quod levis atomus. Ratio subest: ubi veneni infectio, iuxta puris virtutem, corporis extenditur magnitudo. Patent detractentium scorpionum ingenia, atque venenum in lingua: in illorum ore quicquid modicum crescit; quia quod veneno factum illico tumet. Ecce ingenia & ingenia magna, sed scorpionum pestilentium acumina, carpenia quicquid invenerit materiam dolus, ut gliscat virus: quandoquidem cum scorpium pungat ictu & obliquo & inflexo obiter parulentiæ sit effusio, ne quando desit occasio: quæ quidem diligenter exploranda; ut clareat, florere futili accumine ingenia.

4. Cæterum quamvis scorpionum, qualia? Sanè obtusa, quorum stimuli in cauda. Vittia (inquit Senec. de Tranquill. cap. 1. molestissima, ut hostes vagos & ex occasibus assilientes, per quos neutrum licet. Ingerendum est vulnus, quippe cum scorpionibus bellum. Non est effugium, nec præteribit occasio, quia cauda semper in ictu meditata punctioe sine inflexe sive oblique. Insidiantur, ut detrabant, speculantur ut carpant: venenandum & factum & infectum: neutrumque per illos licet; igitur diffamandus qui fecerit, vel non fecerit. Rumpantur Scribæ & Pharisæi considerantes plausus, quos apud omnes sibi concii-

liaverat Christus: quærebantque sollicitè criminis umbram, ut aliquomodo corruptentes devenustarent famam. Accerunt ergo ingenia meditato propositis & malignitati opportuna, optata occurrunt occasio. Insistunt controversia & subdole de iustitia; tuncque adducitur coram quadam mulier in adulterio comprehensa: dixeruntque ei, Magister. Iam insidiæ primum verbum, utpote iudicii gratis electo suavissimum lenocinium; siquidem absdubie tendebantur insidiæ, dum incipiebant ab assentatione. Videbantur candidè offendere corda, & erat deaurata in vafriem illecebra: diciturque quasi in plausum Magister, qui litis arbiter; ut obtinerent propositum, & occulerent intuitum: igitur adalatione suspensius rigor remittitur legis; simulque velatur callidè totum corpus proditionis.

5. Magister (ergo dicunt) hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandavit nobis huiusmodi lapidari. Tu ergo quid dicis? Dum causa ficine Christi remittitur iudicio, micat illorum confusio, vel infatuatio: infatuatio, quia si lex iubet, nihil præter legem iudicabit; confusio, quippe iam lege fatebantur superiorem, quem iudicem cognoscebant supra legem. Astruunt & destruant iudicium, igitur subdit Evangelista: Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare. Unde accusari quibat, si causam ad illum, fecinulum remittebat? Quo pacto ex femina iudicio erit iudicis in accusationem, prompta tentatio? Erat utique perplexitate embolium, quod cogitaverat scorpionum ingenium: etenim iudicium iudici præiudicium esset, per quos sine accusatione neutrum licet. Versabatur causa inter gratiam & insitiam, inter severitatem ac indulgentiam; & erat causa expedienda tentatio: igitur cum detractor semper deroget vel rectissimo iudicio; si amor abolveret, pietas videbatur crudelis: si gratia abesset, dedecus præstabilis maiestatis. Utrumque extremum detractorum criminaturitium arte, erat periculosum: acre in pectore discrimen inter legis rigorem, atque viscerum pietatem. Mors adulteræ à lege præcipitur: Magister legis, quid tibi videntur? Inextricabilis iudici nodus, sed cordi leni difficilior articulus. Si quod lex iubet, impletur; desciscitur à pietate. Si abolitur, pietate deviat à lege. Unde cum declinare à iustitia, sit rectitudinis nota; &

Idem adam laio ac pro ditto.

Ioann. 4.

Verf. 5.

Verf. 6.

Nulla ostio experi detractio.

in feminam lege procedere, indigetetur savitia: ita maligni causa instruxerunt argumentum, ut utrinde possent supplantare iudicium, derogantes Christo apud populum fidem, simulque ampliore honorem: igitur semper per illos criminationi pateret, sive legem servaret vel non servaret: quandoquidem fiebat invisus removendo pietatem, & minime iustus si oblivisceretur legem. Quis huiusmodi angiportum evaderet, nisi ut Christus intentionem scorpionum præcognosceret, atque meditaretur effugium, quo frustraretur venenatorum ingenium? Nemo ingenuus, ut opinor: quandoquidem totus illorum angor, ut hinc vel inde, per fas aut nefas deturperet honor.

6. Obiter notent superiores, quomodo caufarum ab improbis nepis debent esse iudices; in quorum pectore atè debet federe provida cautio, ubi micat malignitatis accusatorum suspicio. Nil mirum, quòd mulier apud illum pijsimum impunis evadat, dum nec condemnat, qui accusat. Nemo (iudex dixit) mulier te condemnavit? Nec ego te condemnabo. Si lex iubet, & ille legem insituit; quo intuitu in huius femina articulo derogavit? Etiam si lapides peteret causa, crimen deaurabat accusantium malitia: equidem illam accusarent minime; ni intenderent accusare ex eius accusatione. Iudex causam & leges ab accusatoribus audit, & nihilominus crimen libenter indulgit: igitur despicenda causa iudicabilis discussio, ubi prava cognoscitur accusatorum intentio. Fugerant, & etiam recessit femina, à Christo clementer indulta culpa. Vade: dicit illi. Cur igitur illam relinquunt accusatores, quin perducatur comprehensa in aliud tribunal iudicis? Operuit confusio facies, dum cognoverunt à iudice cognitæ fuisse intentiones: igitur cum fugerent decretum, haud volentes eius pertere iudicium à proposito cessant, & accusata accusare reculant: quandoquidem datur accusantium ignominia, dum cognoscuntur procedere tantum à malignicare. Hinc cautio data Ezechieli. Cum scorpionibus habitas. Sine cautione censerebit in accusatore legem, & offender scorpionem: igitur dum maline struit iudicium, inveniet cautus evomuisse venenum. Cum scorpionibus: id est, cum tribulis: ait Pagnin. spinosa herbà, vel frutice spiculis armato, qui vocatur Scorpio: equidem à manu nunquam apprehenditur, quin apprehendens transgignatur: Unde cautè proceden-

Verf. 10. & 11. Etiam legi debet fieri excusatio, si confusio prava accusatoris intentio.

Ibid.

Pagnin.

Tom. V.

dum; quippe inter illos porsus necessarium, vel illos igni propter crimina relinquere: vel cor utque lacerari. Maligni detractores, estò relinquantur, non relinquunt; sed latentur ut lacerent, sese abscondunt: Sicut spicula ferrea & super telluri infixa: Delrio & Septuag. Interdum in malignantium dolus, ubi incautum probum pectus: igitur dum videtur sine obice posse currere; laceratur scorpione, ferro latente, quo vulnere suspensum totum actionis propositum; quia nequit movere gressum. Consilium Lucretij frustra. Ipse lib. 2. à v. 1040. inquit: Desine quapropter novitate exterritus ipsa Exspere ex animo rationem; sed magis acri

Iudicio perpende: & si tibi vera videtur, Deda manus: aut si falsa est, accingere contra.

Non fat est huiusmodi perpensum à ratione iudicium, pro iudicio malignantium; equidem ambulanti rectè rigor occurrit spiculis, honori vulnus, sinceritati virus, integritati morum dehonestatio, currenti securè scorpium. Intuitus illorum est, quòd iustus claudicat: & sub pede scorpium subfidet; ut inveniatur ulcere pestilentii, dum sibi videtur magis procedere rectitudinem. Ut scorpiones valent accingere, dum cauda semper in ictu: igitur machinationes hinc vel illinc nascifende, sive inflexæ, sive obliquæ: inflexæ profectò facie ad faciem, & obliquæ per vafriem.

7. Adhuc ingenia delatorum florent, dum videntur tot pernices quot species: equidem etiam securè procedentes iuxta tenorem legum, inveniunt linguas in caudis scorpionum, Animus sanè sine suspitione progreditur, sed spiculis insiguit. Multoties quia illos fugit materia, cessat damnum, non malitia: unde ne sit ociosum venenum, ite per ora conversantium, iterato colloquio gyro hinc & aliunde gyro ex circuitu vitioso conversationis; quia tot exeunt pernices, quot scorpionum species. Intende in textum, Impij scorpionum inuruntur notà, verum præmittitur causa. Sermones eorum ne timeas, quoniam increduli & subversores sunt tecum: id est, erga te. De illis scorpium virulentis transit ad eorum sermones; quia quod nequibant aliter per opera, credi arbitrabantur posse per infecta verba: quasi qui videret morum Vatis perfectam integritatem, non cognosceret hostium scorpionum infectionem, Tecum, dicitur. Tecum pugna est, quia invehitis in illum.

Cautè cum detractore agendū.

Septuag.

Cur dicantur spinosa & ferrea spicula.

Lucreti.

Ezech. 2. 6.

Causam detractiois in improbi.

rum flagitia, & signas cordium scelera: equidem nullum tecum iniretur certamen, modo viderent, vel odorarentur similem. Tecum, non cum alijs, qui eiusdem farinae furtares: igitur ut prævalent pernicies fingunt species. Ictirod Deus scorpionem nominat, dum sermone illorum venenatos designat; etenim proinde illis aperire labia, ac effundere venena.

8 At qua arte? Summo ingenio vacillissima malitia. Subverfores sunt tecum. Incumbant magnopere, ut honor tuus evanescat, auctoritas emerita ut elanguat, & male audias ad populum univertum, tete reddentes invisum, maxime apud Principes, quorum indignitatem in prædicatione carpis. Subverfores sunt, quia res immutant, fursum quæ deorsum collocant, stringunt, amplificant, implicant, explicant, glomerant. Unde Tacitus, 3. Annal. cap. 25. inquit: Multitudo periclitantium gliscebatur; cum omnis domus delatorum interpretationibus subverteretur: & Paulus, Inobedientes, vaniloqui & seductores, qui universas domus subvertunt. Dicitur ergo subversio, ubi aliterquam res est, sit vana representatio, mutato verbo, mutato modo, mutato sensu præ malignitate animi in perniciem detrahendi: unde adversus tuorum periositatem verborum, uti scorpiones subverfores sunt tecum; quippe ut venena adversum te corde pellenti vomant, sensum verborum atque verba permutant. Malignantium propositum est in derogationem fidei, pro exulanda auctoritate; in cuius depulsionem cum non sit causa, studiosè excogitatur calumnia. Nihil facilius in cavillationem verbis, sumptis intelligentia malignitatis: igitur cum deaurare intendant propria vitia, vel mala non prædicari ita mala; ut fugiant arte, vel effugiant notam, taxantis cupiunt maculare famam. Quia cognoscunt in conscientia flagitium, subverfores sunt & erunt: subvertent universas delationibus domos, modo tibi impingant dedecus: equidem sensus verborum mutantes (quippe maior pernicies, dum multiplices species) irruent in auctoritatem honoris, quantumvis cœlestia dixeris.

9 Si diminute veritates à filiis hominum, quantum profecto à conventu malignantium? Subverfores sunt, qui gravatum habent cor, absque ulla criminum excusatione, addito alio pro excu-

Cur maligni detrahentes desigantur subverfores?

Tacit.

Tit. 1. 11.

Quo intuitu & modo?

satione crimine: igitur inverbis verbis; ita versantur in labijs, ut profertur subdole quasi in dignissimas penas etiam virtutes eximias. A pluribus designatum speculum, uti veritatis signum, quia omnibus omnia, omnibus idem, nulli fallax, nulli mendax; igitur illius in levitate candor nulli tribuit quod alterius: de quo vide plura, apud Picinel. lib. 15. Mund. Symbol. cap. 23. Econtra Pier. Valer. lib. 41. cap. 48. speculum hieroglyphicam refert falsitatis, cordium dum magis rutilat illex candoris: igitur gravissimum pectori veraci damnum, quæ rere in lumen mentis speculum, ac invenire in perniciem veniunt patulum dolum. Non tan malignos (possumus dicere vernaculè) en sus pareceres, que en los mismos desengaños se hallan traiciones, por llenos de falsedades. Quid non confundet pravi pectoris vafrities, dum luceat strophæ in puriore expressione veritatis? Speculum representat falsum & verum; quod summa, misera infelicitas hominum: equidem iurè summa, dum videtur in vero veritas falsa. Superflue fatigabat Momus crystalli pectoris, ut pateret fidei intentio vera aut subdola cordis: an corde & corde loqueretur expressione verbi, vel loqueretur ex corde. Vulcanum vehementer errasse aiebat (uti referunt Lucianus in Hermotimo, Charart. in Fortun. imagin. fol. 313. & Natal. Comes, 9. Mytholog. cap. 20.) eo quod non fenestratum hominis pectus fecisset; quo eius cogitatus, animusque videretur: num mentiretur, an verum diceret. Superflue fanè: igitur extricatorios dolos continet, fovetque pectus, dum apparet candidus, uti crystallus. Mallem cor adiutant speculi, quam speculum in corde. Cor adinstat speculi, ubi vulnus ostendit vulnus, & amor amor: non speculum in corde, ubi cuncta duntaxat in specie: equidem agrè fertur à rationali perfidia, ubi fedet fides, atque mendacium insigne in specie veritatis.

10 Causam præfert Pierius. Sapiens (ait, quo dudum) rem expendisse, qui falsum ex speculo significari tradiderunt: in quo scilicet, quavis similitudo quadam appareat; eo tamen falsa est, quod in speculo qua levia sunt, dextera: que dextera, levia referantur, atque ita veritati focus fiat. En figura subverforum, cuncta representantium ac detrahentium. Deteriorem in partem verba interpretantur, sinistraque quæ summâ dexteritate præ-

Ampliar nota falsitatis, dum veritatis species.

Lucian.

Desiderium Momi fatuum, unde?

Pier. Val.

Cur speculum mendacitatis syn-bonum?

præclarissimè aguntur: recta ditorquent oblique, toto inverso atque permutato ordine: subverforesque dicuntur, dum ab illis verba & actiones malignitate gyrantur; quoniam in ore illorum sub specie veritatis, tanquam in speculo videntur inverse actiones. Facta & verba eadem sunt: ipsa, & falsa sunt; quia non ut sunt objicit malignum cor: ut ipsa, sunt laudabilia etiam ab ipsis: ut falsa probro dantur vel à iudicio prudentis; quin appareat contrarium, quod oppositum, ubi detractores obijciuntur speculum: etenim quæ dextrè facta prædicantur ut mala, quippequam sinistra accepta. Secundum entitatem sunt ipsa, secundum speciem alia; in quo subversio, & versipellium astuta regyratio, ut dehonorent probum, varijs cogitationum picturis signantes improbum: quandoquidem res haud sumuntur ut constant, sed præut sinistra specula subverforum præsentant. Verum speculum, & falsum speculum. Verum, quoad speciem, & falsum quoad entitatem. Vera representat, sed vera representat falso; quippe specierum in situ claret omnino subversio: exponunturque oculis vera false, quia sinistra: unde gesta, verbaque præclara à detractoribus, pridem laudantibus, dedecori dantur; quoniam in cordium speculo species hinc & inde refleduntur.

11 Signatiùs symbolum delicandam, ut constet propèitè propositum scorpionum detrahentium. Dextra levia, leviaque dextra in speculis videntur. Hæcine de causa speculis comparantur. Sciunt improbi, infamia laborare; neque dignos esse fide, quam illis flagitia derogarunt: & meditantèr specula fiunt, ut crimina deformed, vel picturate dearent: igitur in speculis extollunt plausu uti dextra, quæ prudentes vident enormissimè sinistra. In illa invenitur, qui vehuntur zelo legis, an fugiat taxatione consortium iniquitatis. Si

Ezech. 27.

Ar detrahentium pro se & in alio.

in speculum; quippe intendunt propria vitia uti virtutes haberi: simulque alienas virtutes uti vitia reputari. Vicia dealbant, virtutes denigrant, ita fatui in fatuis cogitationibus, & siderati cogitatis fatuitatibus, dum scipfos commendant, & alios deturpant; ut arbitrentur (quia uti virtutes exponunt vitia lubidinis prava specula) posse vanite ut virtutes, cognitatas, patientes, famosas iniquitates. Hinc mordaces conferuntur terræ, quæ profcindit hinc & illinc, summo stridore, aures etiam surdorum offendente, de quo Pier. cit. lib. 42. cap. 78. Igitur ita dens mordax, & lingua mendax ut huc atque illuc, ultrò citròque vertatur, percutiens aures ganitui; semper tendens in fissuram, & immaculati maculam, invidi cordis propositum: quandoquidem quod nequit radere deorsum, invertio dente trahit fursum. Nunquam in eodem statu permanet, ut permanere in pravitate possit. Modò deorsum, modò fursum uti terra; modò oblique, modo rectè, ut nepa canda; modò adverse, modo averse uti penniculum; modò dextrorsum, modò sinistrorsum ceu speculum: igitur cum ex speciebus gliscar pernicies; uti in speculo sine ulla entitate veritatis, sinistra representantur species intentionis & species.

12 Vividè Propheta. Increduli (inquit) & subverfores sunt; quia ut fiat subversio maligna; sunt specula singularia. De speculis, nemo est qui nesciat, nullam posse vocem exprimere, neque aliquomodo signare, quia in campum tanti laboris nulla obijciuntur species. Unde Ovven. ut alibi diximus, lib. 2. Epigr. 213. & 215. succinit:

Vocem nulla potest ars sculperè, fingere nulla:

Ut vivat speculum, non nisi voce caret. Hinc inverfores specula nova, & ad libitum loquacia: igitur etiam representant voces, quanvis nulla sint species. Voces speculi sunt, ubi non vox; sed subverforibus non solum cor obijcit vocem, imò imaginariam veritatem, qua constatur embolium, & illorum perspicènt constar delirium; quippe vox in speculo claret omnino mendacium. Increduli sunt, dum subverfores sunt pro fantasia factu, quem concepit dolore imaginatio. Representarent quodcumque objectum uti specula, eadem figurâ, modo, notu, situ & forma: verum cum sint specula voluntariè, subverfores sunt increduli: etenim si audiunt aliquam aversantium ho-

Et cogitationes sine intentione.

Pier. Val.

Cur terra & specula similes?

Ovven.

Unde specula nova & loquacia?

noris vocem; nolunt recipere speciem. Instat virtus sed advertebat pectus, versans quicquid in honorem addit, ut subvertat in perniciem. Obscurantur celebritate illorum, quibus invidi. Unde modo non valeant famam detrahendo subvertere (quia estimatio cum pondere dotium suffocata diliorum speculorum iudicium) obiecta haudquaquam deformant, sed uti obscura nil honoris representant. Apposuit Hieronymus hic: *subversores creduli & increduli*. Creduli & simul fatui, credentes credendam ignominiam, quippe illi denigrant famam, quae in templo collocavit merita immortalitatis, quem conantur, sepelire detrahentes, in quo demonstrant mentis inopiam, ac radicant invidiam: illorum voces siquidem omnino invalidae; quippe audientes haud audiunt sicut subversores creduli. *Creduli & increduli*. Creduli, si occurrit ignominia: increduli, si auditur gloria. Creduli & increduli de decore, ac honore; in hunc aures obturantes, & de illo malitiose loquentes, quantunvis contradicat & morum integritas, & commendabilium instrumentorum auctoritas: dicunturque creduli & increduli, faventes & deficientes a fide; quia illorum iudicium ita mentis ac rationis imposit, ut fatue credant in detractioe credendos.

13 Plura de aspidibus & viperis diximus tom. 4. novumque perhibet ex Philostrato Ravif. Text. in *Officin.* lib. 7. cap. 40. *Viperam esse visam* (ait) *Serpentes, quos peperisset, lambentem, quasque expolientem.* Detrahentium ac subverforum exponitur symbolum, equidem haud parium nisi venenum: verba videntur in virolentis labijs; quae examine non sunt verba sed serpentes. Lethale prorsum venenum viperarum, sed praesentius ornamentum: equidem cum in verbis singulis vipera sedeat, ut quaeque tacta virulenter inficit; fortuntur effectum meditata verba, si viperarum adinstat ornata sunt & polita. Artificium est detractoris, in perniciem versare ac versare species, fucare, instruere, comere, levigare, ut tanquam in vipera dentur pulchritudini vel ipse macula; ut pectus lateat, intuitusque detrahentis sub specie venustatis, qua emittitur virtus, ac infaturatur sensus: igitur nemo placide feret lethalem viperam, ni exuerit formam. Unde cum detractores cupiant venena ingerere ac toxica; lambunt expoliantque verba, ne

Maligni sunt.

Hieronymus.

Quo pacto creduli & increduli?

Viperae sunt. Ravif. Text.

Illorum virum magis ab ornata, quae a verbo.

possint cognosci viperam, subversa, ornataque specie: igitur quisquis non cognoverit medicatum artificium, hauriet perpulchre venenum: maior quippe quam in toxico, inest praestantia in ornatu.

14 Lamentatur huiusmodi status conditionem ferens Iobus, sentitque inter ter socios virus. Felix cecidit, artificem embolij demone, de cacumine fortunae, quin valeret in laborum redemptionem innocentia, nec pridem obsequentium amicitia: equidem maior labor, dum evanuit dignitatis honor, arte demonis; malignitate cordis invenire infensos, quos favit & fovit, ac iudicavit amicos. Verum quid mirum in calamitate, dum vel in throno disponebantur insidiae. Hinc paenitudine ductus, geniumque suavem pertasus, ait: *Frater sui draconum, & socius struthionum.* In throno sic comites, quos videbat uti servos obsequentes, & pro obsequio, ambitioso famulatu? Utrique, ut cautio sit in usu potestatis, nec in dignitate fidat amicus amicus: equidem incautus sero cognosceret (quia valeat in solamen paenitere) dracones ac struthiones, sed non amicos fovisse: invenit quippe virus, quae dedit pectus. Altè commendavit solitudinem, ac obsequiorum splendendum reflexionem, taxans pectoris facilitatem. Publ. Syrus in *Mimis*, vers. 24. acci-nens:

Amicos res optima parant, adversa probant.

Ita crede amico, ne sit inimico locus.

Ita amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes.

Nullum habet maius malum (ait Senec. *Epist.* 19. de quo egimus *Tomis priorib.*) *occupatus homo & bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est. Quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandos amicos; cum quidam, quod plus debent, magis aderint. Quid ergo? Beneficia non parant amicitias? Parant, si acceptatos licuit eligere: si collata, non sparsa sunt. Itaque dum incipis esse mentis tuae, interim hoc consilio sapientium utere, ut magis ad rem existimes pertinere, Quis, quam Quis accepit. Quid considerandum, sed magis Quis ad donum: in consilij quid traditor, & cui creditur: igitur est dependentes appareant fidi: larva adorationis computrescent perfidi, servantes in fortunam trufatitem levam, quam foverunt imo sub pectore spinam. Fortuna amicos parat, ad-*

Tulneragr. dia ex falsa amicitia.

Iob. 30. 29

2. Cor. 11. 26.

S. Bened. Eccl.

Quare detrahentes dracones falsique fratres? Sancti.

Cautè cum amicus agendum.

Seneca.

Unde perfidia?

adversa probat; quia tunc constat, an obsequium tendat sine fide in commodum, vel corditis in amicum. Pessima mensura in iudicio amicitiae secundum proprium, syncerum fidele cor: igitur arbitratur amicos, quibus ipse non est, praeteriens per cordis fide, ex amico inimicum fieri posse, maxime clauda vel truncata fortuna, à cuius facie pendebat obsequiorum apparentia: unde cum qui plus amico benefico debent, magis venevolunt oderint; lobus lamentatur incuria, quippe ex amicis inimici facti: etenim quos fide ac munere putabat fragmina pectoris, offendit voraces, infestissimos dracones.

15 *Frater draconum* (ait) *& socius struthionum.* Applicat Ecclesia certantibus Monachis, ac victoribus (Paulusque etiam quæritur de *falsis fratribus*: qua de causa de Cenobitis, *Regul. Sancti.* cap. 1. in sic S. Benedictus: esse Monachorum *fortissimum genus*.)

Vixisti inter aspides, Sævissime cum draconibus, Portenta nec terribiora, Vos terrere demonum.

Doctissim. Sanctius, hic num. 75. *Ingenium humanum (ait) mutarunt in serinum & barbarum. Fuerunt enim sicut dracones qui morsu lacerant, terrent sibilo, veneno interimunt, & horribili aspectu turbant & exanimant: in quibus nihil vides quod ames, nihil quod non execeris & horreas. Fuerunt quasi struthiones, stolidi, obliuiofi, ingrati, immisericordes.* In secunda struthionum figura, aperte delictatur cur in fratribus, ac socijs draconum forma: equidem si ingrati, obliuiofi socij ac fratres; neque socij, nec fratres, sed dracones. *Stolidi, obliuiofi, ingrati.* Gratiarum obliuio sanequam ingratorum infaturatio, cum amittant maiora in lobi fortuna adversa, quam possent habere propria favente fortunâ: stolidique dicuntur, dum amicum etiam beneficum deserunt; quoniam dubiam in firma ambire felicitatem, indicat ingratorum infaturationem. Nihil magis timendum ab ingrato, maxime perfido; quem ipsius ingratitudinis praemeditata excusatio: igitur nihil relinquet horridi, abominabilis technis & technis pro apparenti excusatione ingratitudinis, maculando novo crimine honorem, cuius primo perfidè contaminaverat fidem.

16 Hac sanè læsa, unde lobi ampliora vulnera; quoniam multiplicata etiam Iob. 16. 15. sine causa. *Concidit me vulnere super vul-*

nus. Illic ut vidit pectus ingratorum vulnus corporis, exulavit ab illo bractea-ta fides: vulnulusque addidit in vulnorem dolorem, dum uti ab amicis operiebatur saltem compassione solamen; quia querens socios amicos & fratres, occurrerunt & aspides & dracones: simulque imposturarum polita scenâ ac figura, demonum-hominum terra, horribilia portenta. *Frater draconum.* Lucet in lobo charitatis flamma, etiam ab illis persecutione commota; quandoquidem & experiendo dracones, respiciebat uti fratres, *Frater draconum* Halitus qui in homine sanus, suscepit à venenatis sic virus; ut Pli-nius astruit, *lib. 28. cap. 3.* fratresque, sociosque lobus designat dracones, sententij eius subversis; igitur sanum, purum quodvis verbum ab illis pestiferè referebatur ut toxicum. Aptabant possidentes verba viperarum adinstat, ut possint verba credi, sed non ut venena credi, macule speciositate, vel candoris ficta specie: quare cum ex amicis experiretur hostes, dracones vocat socios dilectos & fratres; quia quicquid auribus illatum, tanquam à lingua politum, erat omnino dulce, verum venenum draconum. Horum ergo lobus frater, quia pro gratia suffecta malevolentia; & quod nequaquam in vita, meditabantur in verbis malignantes subversores. *Detraxisti* (inquit) *sermonibus veritatis*: igitur non dictum dictum, sed quod à vobis pravitate conceptum. *Quare detraxisti?* In commodum, quia turpe vel illis videbatur, prodere amicum: detraxeruntque verbis in propriam utilitatem; ut saltem furo excusarent exosam ingratitudinem. *Quare detraxisti?* Videtur: verum *Unde non cognoscitur. Dicit: Nunc in amaritudine sermo meus.* Nunc. Pridem non. Non pridem, quia verbum sanum irreprehensibile: nunc, venenum aspidum insaniabile: equidem cum proscindant detrahentes, & replicent involentes subversores; patet verbum tranfisse per fratrum, tanquam per ora draconum, qui venenum & venenum: igitur qui dictus intentionis & propofiti ducedine, nunc sermo auditur acer in amaritudine.

17 Hac de causa addit: *Et manus Ibi-dæ plage meae agravata est super gemitum meum.* Gemo, quia inimico datus locus, dum amicum pectus. Plaga gravis, sed aggravatur fomite subvertionis; & manente acerbitate quæ fuit dulcedo, & amaritudine sermonis, quæ fuit lactatio: equidem

Charitatis nobilitas quam in pectore Superiori.

Verba à per-a fidi socij venena, est dulcia.

Ibid. c. 6. 25

Ibid. c. 43. 2

A verbis detrahatur sensus, ut sensus patet maligni.

dem lingua fratrum, subverfione draco- num, apparet virus; quia sermoni pro- lato detractus sensus. Malum habitare, uti plaga, inter dracones: peius, quippe aggravatur, inter dracones fratres: fra- terque numeratur draconum, dum con- templat molimina malignantium: quippe compendium, quam cum falsis fratri- bus, commorari cum draconibus. Aggra- vatur plaga, ubi voluntaria venena, non solum in halitum vitalem, sed in hono- rem: non tantum in vitam, sed in fa- mam, quae est probi splendentis vita, na- cta per merita: utilisque censetur cu- bile draconum, quam consortium fra- trum detrahentium; quia tolerabilis fer- rinum, inhumanum ingenium, quam hu- manum & ferinum, quod lacrat morfu, quod terret sibilo, quod turbat vultu, quod exanimat aspectu, quod veneno gravat, quot aconito suffocat; ubi draco- nis non videtur figura, sed moris forma, dignum prorsum execratione, quippe totum virulentum & horribile, sine pietate, sine clementia, sine gratia, verum cum sum- ma perfidia.

Obditio de- trahentium.

Ezech. 2. 6.

Alapid.

Quare sit lingua, etiam cognoscens contraria?

18 Aliter à multis intelligitur de scorpis ly Subverfores: quatenus ut fe- ducant alios in suos errores, fingunt mil- le fallitates: igitur eantes per viam ve- ritatis bonam, secum pertrahunt in fi- gmentorum sentinam; quasi deaurarent iniquitates, ex eo quod illarum essent plurimi consortes. Sua mala doctrinâ, vel exemplo alios subvertunt: subdit Alap- id, de quibus Paulus, Ad. 20. 30. Ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perver- sa, ut abducant discipulos post se. Co- noscent Prophetae pradicantis verita- tem suapte naturâ conciliantem ratio- nem; quippe nulla rationi hamatior spe- ciofistas, quam ipsa veritas: verum ni ve- ritas & honor proferentis subvertantur, uti peccatores cognoscentur. Omnes qui viderint eos, cognoscent illos. Unde cum placeant iniquitates; subducunt in erro- rem innocentes: quasi multitudo iniqua criminoforum esset excusatio criminum, & actiones viciose extra tenorem legis, turbâ multâ malignorum possint transire in vir- tutes. Subverfores sunt, Scorpiones sunt (infit hic Gregor. Magn. Homil. 9.) De- flectunt mentes innocentium, eorumque itinera pervertunt: gaudent si quos po- tuerint à vita revocare, ad mortem tra- here: letantur in pravitatibus suis, exul- tant & in alienis. His nimirum, pana sua non sufficit, qui agunt, ne soli mo-

riantur. At si fortasse iustum quem piam tante iam virtutis invenerint, ut ei lo- qui contraria non presument; quia sub- verfores esse non possunt, statim scorpia- nes fiunt. Scorpio ergo palpiando incedit, sed cauda ferit: nec mordet à facie, sed caudâ nocet. Scorpiones enim sunt omnes blandi & malitiosi, qui bonis quidem in faciem non resistunt; sed mox ut recesserint derogant: alios quos valuerint inflam- mant, quaque possunt noxia immittunt, mortifera occulte inferre non desunt. Scorpiones ergo sunt, qui blandi & in- noxii in facie videntur; sed post dorsum portant, unde venenum fundant. Qui enim in oculo feriunt, quasi mortem latenter trahunt. Subverfores sunt infera- mantibus proximis, scorpiones autem etiam fortibus & robustis; quibus etsi facie contradicere non presument, ex oc- culto tamen vulnus derogationis infe- runt. Increduli quippe simul & scorpia- nes & subverfores sunt; quia & au- dita ea, quae Dei sunt non credunt, & eos quos pravaient, à bonis mori- bus subvertunt, & quos inflectere non valent, oculis machinationibus ferunt. Utinam essent falsa, quae experimentâ pa- tent vera! equidem cum falsitatem robo- rant multitudinè, non substantia au- veritate; subdoli cauti scorpiones subver- tunt specie veritatis innocentes, ut plures facti, liberius venena vomant, & pestes expuant.

19 Horum autem exemplar fuit am- ulus Ioannis Diotrephe, de quo ille: Qui amat primatum gerere, Diotrephe non recipit nos (id est, despiciet nostram aucto- ritatem.) Propter hoc si venero, commone- bo eius opera, quae facit (nota scilicet faciam, in lucem proferam: Lorin. & Alap- id. hic) verbis malignis garris in nos. Ni protraheretur Didascalia, extendere- tur in propositum doctrina; sed brevi agam. Diotrephe ut ait Beda, idem est, ac Speciosus insulsus, seu decolor insaniens. Lyra: Fuit ibi praelatus vel fratrum praesidentiam aspirabat. Magna ut par erat, floruit Ioannis aestimatio, sed maior erat Diotrephe ambitio, qua sese ostendit in- sulsus, atque ridicule insanum, contem- dens primatem fieri, & contradicente Ioan- ne; quasi sine auctoritate, eius emineret dignitas, ni Ioannis simul protereretur auctoritas. Primatum Diotrephe ambie- bat insanus, cuius moribus erat indignus; ambitione, ambituque constabat: equi- dem ni sese indignum ipsemet cognosce-

Quemad- modum subverfores & scorpis fa- miat

Greg. Mag.

Cur studeat plures esse?

3. Ioanna. 9.

Canditio ambitiosi & nota.

rect.

Intuitus eius detra- ctioni.

S. Bened.

In genitâ ma- lignum am- bitiosi, ele- gares refrag- antes infra- mare.

ret; non prociis dignitatem ambiret: si- gnifum sanè indignitatis patet vigilis soli- tudo ambitionis: igitur pra se fertur ni- hil per se commendabile habere, quisquis aliquid haberi fatagit ex dignitate. Ada- magobat flagranter primatum, dum seipsum cognoscebat immeritum, cui resistebat Ioannes, & in hunc infurrexit verbis ma- lignis. Si nihil vel ipse in Ioanne scrutat- ur reprehensibile, quo intuitu fidem il- lius sollicitat derogare? Quare posse de- honestari, infamarique iudicat, qui me- ritis & scriptis, virtutibus & miraculis Asiam impleverat? Diotrephe sese indig- num iudicabat: ardebat dignitatem, sed Ioannis & aliorum videbat contradictio- nem: imò si procacter insisteret, opera Ioannes, seu potius facinora nota face- ret. Cum non cessaret ambitionis flama, vulganda insanus praecognoscebat demerita: unde cum negare non posset, quod fecisset, & simul eligi primatem in- hiare; garriat procax verbis undique malignis, ut indignos monstraret con- tradictores. Hinc Legislator Monacho- rum Benedictus, quo supr. cap. 4. instrum. 40. subdit: Monachum non esse detra- ctorem: & quia mores detrahentium in- ficiantur Monachum; & quia detractio, uti pessima, universa legit vitia: pudet- que specie & habitu videre Monachum, & experire aspidem, subverforem, ferram mordentem, pestiferum scorpionem, pra- yum speculum; ac animum ambitiosum & malignum.

20 Verbis malignis: quod quidem non faceret, nec male loqueretur de bo- nis, sicut omitebat de improbis; ni co- gnosceret malum à bonis cognosci; quin vellet penitere, sed in flagitijs persistere, ex subverfore in scorpionem translatus, ut possit veneno occulto denigrare pro- bos, effutens verba & verba dictata à malignitate, mendacia & mendacia ficta à venenato peccore, ut macularet famam, nobilem nominis notam, corrumperet honorem, invisam reddens proborum au- ctoritatem sine succo, sine fulcro, ac fun- damento; ut audiret inter factiosos pes- simè, qui vel inter inimicos audierant semper praclarè: Diotrepheque non so- lum garrit facilibus verbis, sed malignis; ut posset verbis saltem deauctore re- sistentes: equidem altissimè maligni- tatis ars (dum meritorum nullum elu- cescit ius) electores impoluris infama- re; ut minimè audiantur in indigni am- bitiosi refragatione. Videtur sane suffra-

Tom. V.

gium: quia penitus suspiciosum: electo- res carere morum auctoritate, modò refragarentur electioni. Vernacule: Arte es, con imposturas quitarles la autoridad, por- que quando repreuebas, parezca que reprue- ban sin razon. Verbis garriat malignis, socios in maledicentiam quaerens, ma- gnaque ex dignitate promittens, firmans dehonestatem Ioannis, si secum plures. Ab officio scorpionis, transijt in aspidis. Ab aspidibus demorsos (ait Rabifius Tex- tor, quo supr. numer. 13.) ferunt, nemi- ni vulnus suum velle patefacere, nisi quos eadem vi morbi quandoque iactatos com- pererint; ceu qui non experti sunt, na- turam morbi nesciant. Solummodò con- gregantur, qui se morbidos ac venena- tos sciunt. Tantum remanet virus (infit Plin. quo dudum num. 16.) excepto semel malo, ut venefici sunt, venena passi. Pro- bant venenum & consortium & contagium: equidem in bonos garrientes sagittant ver- ba maligna; quippequam propria ne- queunt negare venena. Vulnere vicissim ostendunt, quo deteriores fiunt; igitur mu- tuo tabescunt: noxia immittunt, mortife- ra tradunt, alios inflammant, audientes venenat, virus portant, & non aliò nisi ut fundant & officiant scorpiones & sub- verfores simul: quare dum facie ad fa- ciem, sed procul, catervatim verbis deroga- nt malignantibus; proculdubio quòd morfi sint ab aspidibus.

21 Pende querimoniam Ioannis, Diotrephe non recipit not. Facti sumus opprobrium abundantem & despectio superbis. Cur ergo urbanè non recipit patronum, qui ita ardebat principatum? Minimè quidem obtineret, nisi per il- lum acquireret. Quare igitur tanti viri despiciat auctoramen, dum sitienter fo- vet in corde ambitionem? Ostendit, Ioannem quam addidit rationi, & in- dustriam scorpionis non valere; quando- quidem desperavit Ioannem corrupere. Vir iste non flectitur prece vel pre- tio, haud in officium movetur officio: illique detrahit malignus, despiciatque su- perbus; quippe Ioannes ad officia haud- quamquam mutat consilia propter obse- quia. Commonebo (infit) eius opera. Pub- licare est commone? Uti que. Eius opera pessima Ioannes sciebat, sed ab illo cognita dissimulaverat: & dum ma- nifestare decerneret, ambitiosum monet; ne cum tantis flagitijs elevet oculos in fas- tidium dignitatis: siquidem haud tace- dum in publica, quod praetermissum in

Ravil. Text.

Canditio morfosum ab aspidis.

Pia;

Cur detra- ctos con- gregantur?

Integer ele- ctus qui ob- sequij non curat.

Xx for.

Ambitiosus
voto fru-
stratus, ma-
ledicus.

fortuna privata. Intumuit ambitiosus, ex eo quod Iohannes dissimulaverat prius: & cum videret refragantem; garric, ac verbis malignis detrahit; quia se indignum, atque pessimum cognoscit: subvertitque oculos necedendo fraudes & fraudes; quippe pravalere molitur, modò sint plures. Verum quid? Verba vana, & tantum verba.

Orid.

Sed nihil ista iuvant, quia lingua crimen habetis.

DIDASCALIA III.

Detractionis imagines sunt colores & colores.

1 Vidimus detrahentium scorpionum venena & ingenia, pernicies & species; modò ut methodum sequamur Tertulliani cit. *Didascal.* præcedent. *nam. 1.* dicimus & dolores & colores. Varij coloris sunt neque inter serpentes, & ut tutius mirant virus, fumunt colores: equidem in discrimen magis faciles essent (ut homines illorum venena fugerent, nec pravaleret virus) modò neque uniformes in coloribus. *Tetricæ species, qui albicat:* ait Nicander in *Tiberiac.* lib. 1. *Luridas apparet vulnere notus, Viridans tremulam horrorem ciet. Lividus est alius, infuso depasit membra veneno. Alius multâ fuscidine nigrat.* Speciosus coloribus, peior & nocuor: equidem, ut vidimus:

Species scorpionum.

Nicand.

Idem.

Rutilis quem fortè genis splendere videbis
Hic calidas flammæ, flagrantemque incutis astum.

Hac enim de causa multis placuit, Evam videntem scytalen splendens, vel stellionem micantem, sub luce luisse: igitur verba cogitans per nitorem verborum hausit ex luce venenum. *Tanta præfulget tergi varietate, ut notaram gratia videntes retardet: & quos assequi nequit, miculo sui captat serpentes:* ait Ravif. *Textor.* lib. 7. *Officin.* cap. 40. & *Colamell.* lib. 6. cap. 17. *Plinius* denique lib. 11. cap. 25. ait: *Venerum ab his candidum fundi in novem genera, per colores maxime supervacuos.* Ita ergo pravalere pestis, quia pestis non est color propter colores. Si figura saltem occurreret, visus horreret. Lucidè venenata se ingerunt, quia vario colore procedunt: pectusque ingenuum

Ravif. Text.

Plin.

Detraitor
candore no-
cuor.

non distinguens speciem, altiùs & promptius decipitur per candorem.

2 Videris in fratre summittent subtilis detractionis, sub specie pulcherrima charitatis. *Fratrem habuit Timoleon.* (inquit *Plutarchus* in eo) *audaci animo, promptissimoque in aggrediendis inimicis; qui cum temerarius, maloque animo esset & regnandi cupidus, semper minus honestis amicis sese stipaverat. In his rebus Timoleon suum præstitit officium. Nam cum ille vitia dissimularet, atque tegeter, ut minus illa apparerent; operam dabat Timoleon & urbanitate, ac factis exornando augebat, fugabatque, ubi paulò plus retererentur. Quis non crederet in fratre defectuum exculationem? Quis non videt in exculationem subdolan malignitatem? Igitur crimina notiora cunctis faciebat, ubi artificiosa accusatione excusabat. Vide quæ de huiusmodi caliditate diximus ex *Bernardo, Tom. 2. T. 12. D. 1. num. 2. & 3.* Verba videntur simplicia, & later malignitas deaurata, ut fortitior qui desideratur, effectum, quicquid virulenter promptum: siquidem nulla profectò adhiberet fides; nisi malitia fucaretur colore simplicitatis. Dum *Christus* plura indigna in templo vidit, etiam *cathebras vendentium columbas evertit:* Etenim cum quasi ex corde candido, amplior locum concedatur maligno; eius evertitur artificium, illice simplicitatis atque strophâ confectum, ut fagitter in oculis immaculatum: quippequam fallaci lingua dolosa gratiâ, non cathedra tunc simplicitatis in ore, sed cathedra pestilentia.*

Plutarch.

Malignitas
fucata dile-
ctionis colo-
re.

Matth. 21.
12.

3 De scorpionibus dicit *Plinius* lib. 8. cap. 59. in *Latmo Caria monte* à scorpionibus hospites non ledi: *indigenas interimi.* Hæc ex *Aristotele*, quod etiam refert *Ælian.* *Anim. hist.* lib. 5. cap. 14. ex *Apollodoro* autem lib. 11. cap. 25. *Hoc malum Africa voluere etiam Austri faciunt, pendentibus brachia, ut remigia sublevantes. Planè quibusdam inesse pennas.* Idem alioit *Ælian.* quò dudum tam lib. 6. cap. 20. ubi: *Aliud etiam ferunt, alatum esse, & duplici aculeo armatum: quàm lib. 16. cap. 41. & 42. Apollodoros, qui & Nicander, loc. cit. fuccinit:*

Plin.
Hospites im-
manes vene-
no scorpion-
is.

Ælian.

Barbara Memphis
Bestiolas nutris volitantis imagine vermis,
Quem circum accensas petulantem nocte
lucernas
Sera cæna abigunt, angusta cuius & ala
Squalent non viridi velut ipsa conila
colore.

Nicand.

Alati.

Sed

Sed quendam veluti cinerem, cum prebenderis, edunt.

Obijcitur typus scorpionum detrahentium, sed neparum urbanorum: estò lethale pectus, parcunt hospitibus, convolantque mira celertate, an' addit aliquid novi, ut feriant versutè indigenas, potissimè si speculantur lucernas. Ex rosea herba linguæ passus, ut efficaciam consequatur virus: etenim genio neparum volitantium, multum offendere citius in pulchriorem venustatem. Sic igitur scorpionum loquacitas loquitur rotas. Volat scorpionis viridis infundens horrorem tremulum; quia quicquid loquitur, frigidum. Volat tetrica species albicans scorpionis, & motâ caudâ cum lue morologè dicit vacuitates cerebri. Accedit luridus, vulnere notus, quia invidus, putridis visceribus, præ percussis percussus, intendens in alijs venenosa vulnera, ut illius excusentur specula venenata. Alius supervolat multa fuscidine nigrans: igitur nihil in conversatione tactum, quod non demonstrat nigerrimum. Denique conventum auctorat scorpionis lucidus, maculis notus, qui ferit & urit in virus & vulnus: igitur ut magis latitans inficiat fucata malignitas, splendore verborum urentes loquitur flammæ. Insigne sanè senaculum, quo uniuscuiusque singulare venenum pro colore singulorum: quandoquidem flabuntur à cogitatione species, in dolorem multorum sunt scorpionum colores; quibus imbuitur hospitum intelligentia, ut clarè cognoscant indigenarum vulnera.

Virus detra-
bentis in spe-
ciosa.

Cetera ma-
lignantium
diversitate
colorum.

Plin. 80. 13.
Maluend.

Loquitur
quicquid de-
siderat.

quàm viderunt: igitur detractis coloribus à turpibus imaginibus; apparet, dum lucret veritas, pictura tota machinationis malignitas. Pictores sunt infani, atque contendunt coloribus insanire, ut exeat fictæ horribiles imagines secundum luctum cordis. Haud pingit quod videt, sed quod displicet, & displicuisse placet: ut iure conciliet invidiam & displicentiam, ostendit desiderijs concinatum picturam; nancisciturque conatum, igitur coloribus monstrum, quicquid lineatum ad malignitatis libitum. In scorpionis patet. Maculat scorpion quicquid mordet. Si homo apparet maculatus, pupugit profectò scorpionis: macula sanè, nequam à corpore, sed à scorpionis venenato vulnere. Ulcera possunt videri in corpore fano, quæ minime incensit sine infuso veneno, quæ picturæ sunt cordis secundum illius desideria pingentis: etenim scorpionis pictore, non in corpore inacule, sed à mordente. Pulcherrima esset descriptio, facta ipsis coloribus dotium, quæ gaudet imago: signaturque cordis desiderium, ubi à scorpionis coram exhibetur simulacrum; quippe si aliquomodo navus in venustate imaginis, non ab imagine, sed à desiderijs cordis. Mille detractum ornant ad virum virtutum insignia, & speciosa meritorum instrumenta, quibus sibi dulciter conciliat plausus: unde si lucret naviculus (dum colores asititij superponantur, ut imaginis summa ornamenta abscondantur) nullo modo à corrupto exemplari; sed ab exemplo, quod inscindo deformavit scorpionis.

Cur pictis.

Unde specio-
sitati unacu-
la, & pul-
chritudini
umbra?

In cauda
scorpionis
cornidemet.

Plin.

Conditio spe-
culi conca-
vi.

5 Conchæ caudæ quibus illorum virus & dentes, fistulata & concava sunt, uti referunt *Plinius* & *Tertullianus*, loc. cit. De eloquio venenoso per fistulam fusè dicimus *Tautolog.* 10. *Didascal.* 1. à *num. 11.* modò dicendum de concavitate concharum, pharetrâ dentium venenatorum. *Cauda inesse dentem, & plerisque ternos:* inquit *Plin.* lib. 11. cap. 37. *Quicquid lucido concavo obijcitur, omnino invertitur: unde in speculi concavitate imagines videntur evertæ: qua de causa de huiusmodi speculo dicitur: Recta distorquet.* Vide *Achil. Boch. Symbol.* 60. & *Picinel. Mund. Symbol.* lib. 15. cap. 23. numer. 118. *Homines dotibus insignes, atque gestis commendabiles, sæpe exponuntur virtutum exemplaria, quia ad colores illorum rectè eformantur exempla. Aliter fingitur illorum imago à rebus, aliter à cauda mordacissima scorpionis.*

Tom. V.

Xa 2

pio